



Sept. 17

V I R O  
 PERQVAM REVERENDO  
 DOMINO  
**M. IO. MICHAELI**  
**HENNIO,**

PRAECLARE MERENTI TORGENSIVM DIACONO,  
 S. P. D.

ET NVPTIAS  
 CVM

NOBILI PIA LECTISSIMAQVE VIRGINE,  
**IOANNA ELEONORA**  
**PETERMANIA,**

XV. CAL. IVNIAS A. AER. DION.  
 Id. LXVI.

FELICITER CELEBRANDAS,  
 PAUCA DE

VIRI LITERATI MATRIMONIO  
 PRAEFATVS

EX ANIMO GRATVLATVR

D. IO. CHRISTIAN. BVCKIVS,  
 ISVPERINT. TORGAVIENS.

LIPSIAE, LITTERIS ZYNKELII.

AK





M. IO. MICHAELI



**M**atrimonium inire quibus aut omnino liceat, aut expediat saltem, multa sunt a plurimis nostra aequae, ac superioribus aetatibus subinde disputata. Omnium vero quaestionum, de quibus in hoc argumento ab ultimis retro temporibus disceptatum est, illae duae profecto, Sanctumne Sacerdotis, & an utile literati hominis sit coniugium, maximae esse mihi & praecipuae videntur. Alteram quidem iam non attingo, ad Sacrationis scita disciplinae spectantem, & fat multis maiorum nostrorum voluminibus dudum explicatam. Alterius autem evolvere, aut delibare certe rationes, quoad per tempus brevissimum licet, animus est. Illud proinde, sitne ducenda uxor viro literato, cui sunt cordi artium optimarum sapientiaeque studia, inquirendum paucis, & consultandum est. Centum ipsi anni sunt, ex quo Daniel Heinsius, admirandae vir doctrinae, magnique ingenii, sapienter hac de re & luculente perscripsit. Nec fugit eruditos, quosdam ante illum, quos inter Mellemannus est, & post eum complures in hac ipsa illustranda admodum elaborasse, quorum laudibus nihil omnino cupimus detractum.

Huius vero causae arcem adituro observandum probe est, de eo, an e re sua vir literatus faciat, si uxorem sibi adiungat, unice disquiri, cum per divinas humanasque leges maritum esse illum posse, confiteantur facile omnes. Dubitationi iudicio equidem, meo locus heic debebat esse nullus, quando de homine generatim atque universe, ei non conducere solutam sine adiutrice vitam, plane & dilucide principio statim pronunciavit Deus. Huic sapientissimi conditoris oraculo quis sanae hominis refragari sine insigni impietatis nota ausit? Tametsi vero & Iesu voce, & scriptis Apostolorum edocemur affatim, esse, qui sensu libidinis tangerentur nullo, & integram animi corporisque castimoniam haud difficulter caelibes tueantur: paucissimis tamen singularem istam virtutem accidere, plerosque vero ingenerato a natura & infixio in animis hominum amore duci, sanctissima optimi servatoris praecipione admonemur. Neque, par illi morbo remedium studia literarum esse, persuaderi sibi prudentiores patientur, cognitum habentes, restingui illum quodammodo, & allevari negotiis, assiduaque discendi cura posse, extingui prorsus, ac depelli non posse. Fieri igitur hac ratione non potest, quin literatorum, ab uxoribus abhorrentium, mentes intentae ad rerum meliorum considerationem, communi isto animorum motu mirifice concitentur saepenumero, impediunturque, cum mariti casti ad contemplationem & lectionem tranquillam multo videantur esse expeditiores. Faciamus, infinitos matrimonii aerumnas & varias familiae sustentandae sollicitudines, quasi agmine facto, eum, qui uxorem habet, undique oppugnare, & vel praestantissima aliquando obtundere ingenia. Enimvero haud paulo maiora solitariae vitae incommoda

sunt, & difficultates, quibus hominum literis operantium, lineas necesse est multum turbari. Multo autem difficilior, quae sine tori vitaeque socia ferenda sunt calamitates, feruntur, quam quarum illa dimidiam in sese suscipere partem solet. Maxima, fateor, ac pene incredibilis studiorum delectatio est, sed istam ipsam, si coniugii melle deliciisque condiantur, longe; credo, evadere maiorem. Gloriam dulcedine capti multi literarum amatores, sociae vitae, quam sibi ad summam eruditionis laudem contendunt, moram putant, & impedimentum inferre, inimici atque infesti reperiuntur. Sed nullum fortasse, aut exiguum est illud, quod sibi falso fingunt, in matrimonio impedimentum. Quod si rerum gestarum monumenta, & publicos doctissimorum virorum recensiones curate perlustres, maritis saepe palmam prae iis, qui omnem in coelibatu vitam consumserunt, sine controversia deferri animadvertes. Parum igitur mea quidem opinione rebus suis imo & gloriae consulunt, qui, iucundo immergi cognitionis scientiaeque amoris, nuncium matrimonio remiserunt. Beate vivitur, si in libris pariter atque liberis vivatur. Mihi Tuum, Henni, consilium maxime probatur, quod e solitudine, in qua adhuc ad literas laudabili studio incubuisti, feliciter te expedis, & summo numinis munere ac beneficio lectissimae tandem uxori iungaris. Laudant sapientes illud Euripidis: τῶν πλεῖστων ἀριστος, γενναῖον λέχῳ εὐραῖν. Gratulor ergo sponsam nobilissimam & bene moratam, Deumque, unum omnis humanae felicitatis auctorem, ut coniugum vestrum ex animi sententia prosperum semper, & felix esse iubeat, piis precibus imploro.

\* \* \* \* \*

78 M 466



V077







gelassen  
Bürger ab  
zu hoffen  
ergab

nachmen  
en sey  
denn



V I R O  
 P E R Q V A M R E V E R E N D O  
 D O M I N O  
**M. IO. MICHAELI**  
**H E N N I O,**

PRAECLARE MERENTI TORGENSIVM DIACONO,

S. P. D.

ET NUPTIAS

CVM

NOBILI PIA LECTISSIMAQVE VIRGINE,  
**IOANNA ELEONORA**  
**PETERMANNIA,**

XV. CAL. IVNIAS A. AER. DION.  
 cl. lccXVI.

FELICITER CELEBRANDAS,

PAVCA DE

VIRI LITERATI MATRIMONIO

PRAEFATVS

EX ANIMO GRATVLATVR

D. IO. CHRISTIAN. BVCKIVS,

SVPERINT. TORGAVIENS.

LIPSIAE, LITTERIS ZYNKELII.

AK

